

TAUTOLOGIA OCTAVA.

NOLITE TIMERE NEC PAVEATIS, QUIA
Dominus non dimittet nec derelinquet te.

Deuteronom. 31. vers. 6.

EXPOSITIO LITERÆ.



ANTEQUAM in Tautologia expositionem descendamus, eiusdem operæ pretium materiam erit signare ne-
scientibus. Metus, qui mentis motus, seu molestia, est
quasi genus: dividiturque quasi in species in pusillani-
mitatem, pigritiam, pudorem & verecundiam. De his
in præsentiarum nullus sermo: verum aliqua dicemus, ut
clareant species propriæ timoris: præfata autem potius
dicenda passiones individuales, & affectus, quam spes-
cies. Pudor, & verecundia differunt iuxta Donatum in
Terent. Andr. Act. 4. scen. 1. num. 13. in eo quod pudor sit mali facti, verecundia rebus
bonæ. At contrario aptius: etenim verecundia est confusio ex fœditate facti vel faciendi:
pudor autem etiam de falsi criminis obiectione: hic excitatur amore integritatis fæ-
mæ, illa verò ex operationis turpitudine. Quapropter sine pudore dicitur, quicumque fæ-
mæ non consulit; & sine verecundia, qui fronte aperta vel horribile audet.

Quid pudor
& verecun-
dia?

Ovid. Et nihil est, quod non effreno captus amore
Ausit, moras male fert, cupidoque revertitur ore.

Ovid.

Ut canit Ovidius de Tereo 6. Metamorph. fab. 7. & in primo sensu idem Epist. Helenæ
vers. 67.

Idem.

Sed si iam vellem fines transire pudoris,
At ego perpetuo sumam sine labe tenebo.

Ideo fugit heram Ioseph: Genes. 39. 12. & Daniel. 13. 23. auditis senibus, Susannæ servæ
erubuerunt vehementer. Ierem. 15. 9. Confusa est, & erubuit. Verum de proiectis in crimi-
na cap. 6. 15. Confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Unde patet quid
verecundia & pudor: canitque Ovid. Epist. præf. v. 13. & 95.

Idem.

Rustica sim sanè, dum non oblita pudoris,
Dumque tenor vitæ sit sine labe meæ;
Altera sed potius felix sine crimine fiat,
Quam cadat externo noster amore pudor.

Quid Pigri-
tia?
Horat.
Ovid.

2 Etiam, etsi immeritò, numeratur Pigritia, quasi metus consequentis laboris,
sumpto metu latè, & propriè pro segnitie. Hinc in Script. Vade ad formicam piger. Vult
& non vult piger. Horat. lib. 1. Satyr. 4. vers. 12. Garrulus atque piger scribendi ferre
laborem. Ovid. 1. de Pont. Elegia 3. 55. Sit piger ad pœnas princeps, ad præmia velox.
Aliqui pigritiam cum fœcordia, seu scœrdia, terroris effectù, confundunt, de quo
num. 3. Hæc etiam de causâ expungere debemus à speciebus metus, Pusillanimitatem,
quippe affectus non est, sed affectus receptaculum, capacius passionis, imò contrariorum:
siquidem qui abiecto animo, micropsychi, sive anandri, in cunctis attoniti: iam
timidi, iam tumidi: iam pavidi, iam intrepidi: modò audaces, modò supplices: iam cor-
de pleno, iam vacuo: modò plusquam viri, modò minus quam femine, & nunquam
homines, victoriâ insolentes, casu vecordes, sibi semper in cunctis dissimiles: quoniam
modus illorum, est modum nullum habere. Huiusmodi animo oppositur magnanimus,
quem

Quid Pus-
illanimitas,
& Magna-
nimitas?

quem nihil opprimit, sive summa felicitas, sive summa calamitas, igitur tui megaloplycò
casuum usus moderatus contingentium. Secundi non inflant, infaulti non curvant. Ubi-
que par sibi, & semper ipse. Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec
aut bilari magis aut turbato: ait Plin. lib. 7. cap. 19. & Ovid. 2. de Pont. Eleg. 3. v. 49.

Plin.

Si bene te novi, si qui prius esse solebas,

Ovid.

Nunc quoque es, atque animi non cecidere tui.

Temerarius, ubi nihil timet; pusillanimus, ubi omnia; magnanimus tenet, cavetque
timenda, & audet in difficilia.

Admiranda tibi levium spectacula rerum
Magnanimoque duces, totiusque ex ordine gentis
Mores & studia, populos & prælia canam.

Virgil.

Succinit Virgil. 4. Georg. vers. 2. Ideo Eccli. 7. 9. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Re-
bus in adversis animum dimittere noli, nec infelicibus: imò pro veritate & lege coram
potentioribus: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimise-
ris: etenim immaculatus eris, si non fuerit dominatus. Unde vel Ethnicus 2. Carm.
Od. 3. vers. 1. inquit:

Resistere pec-
catoribus, su-
sum.

Iustum, & tenece propositi virum,
Non civium ardor prava juvenum
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solidâ.

Horat.

3 Propriè ergo metus dividitur in timorem, terrorem, horrorem, pavorem, tre-
pidationem & formidinem; de quibus Cicero latè lib. 4. Tuscul. qq. Timor est metus,
seu perturbatio mentis ex imaginatione futuri instantis mali. Homer. 19. Iliad. vers. 14.
Sophocl. in Philoc. vers. 17. & Plaut. in Pseudol. Act. 3. scen. 1. vers. 13. Licet sic à Ci-
cerone divisio, minime placet: arbitror igitur timorem gigni à metu, reliqua oriri à
timore, & per effectus, qui in corpore patent, constat quantum timoris in mente,
urgente metu, percussa imaginatione. Comprehendit lib. 13. Metam. fab. 1. succinens
Ovidius:

Quid sit Ti-
mor?

— Videoque trementem,
Pallentemque metu, & trepidantem Marte futuro.

Ovid.

Supposito igitur discrimine inter timentem, & timidum, quasi hoc à natura, illud à
causa; effectus timoris princeps terror est, qui commotâ phantasiâ totum hominem
concutit, evanidis facultatibus mentis & corporis. Ex parte mentis dicitur Conturbatio,
& Socordia: Primum, quia cogitata à terrore fugiunt, & cogitanda: secundum,
quoniam, quasi sine corde est. Unde sequitur spasma, quo convulsio, contractio, rig-
gor membrorum, uti in multis videmus, qui post scelus patratum, nec movere
possunt pedem. Ab aliquibus dicitur Exanimatio. Ex parte corporis respondet coloris
pallor, membrorum stupor, aliquando tremor, atque dentium stridor. Totum visum
in Cain, ut astruunt Rabb. & Expositores sacri ad illud. Genes. 4. 14. A facie tua ab-
condar & ero vagus & profugus in terra. Vid. Tom. 1. T. 5. D. 1. à num. 8. Genes.
45. 3. Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. 2. Paralip. 15. 5. Non
erit pax, sed terrores undique in cunctis. Ovid. ubi dudum:

Quid Ter-
ror?

Convocat Atrides socios terrore paventes.

Quid Spas-
ma?

Virgil. 11. Aneid. v. 48. Magnisque urbem terroribus implet. Martial. 9. Epigram. 44.
Tumidis terroribus aule.

Ovid.

4 Secundus timoris effectus est pavor, inferens consternationem, seu stuporem,
qui dicitur Admiratio, uti videbimus Tautolog. seq. num. 12. Exod. 15. 16. Irruat su-
per eos formido & pavor. Cap. 20. 18. Perterriti, ac pavore concussi. Plaut. in Carcul.
Act. 5. scen. 2. v. 49. Timidam atque pavidam, nec vivam, nec mortuam. Virgil. 2. Aneid.
v. 228. & Ovid. lib. 9. Met. fab. 3.

Quid Pav-
or?

Tunc verò tremefacta novus per pectora cunctis
Insinuat pavor.

Virgil.

Tremit ille, pavetque

Ovid.

Pallidus, & timide verba excusantia dicit.

Trepidatio sequitur, ex qua horror patens in gestu, motuque corporis, sine ordine &
lege, maxime si insidita plaga, & timetur alia maior, & non ut ultima. Ideo ab aliqui-
bus dicitur Tumultus, quasi commotio ex seditione, qua timetur sine cognitione quic-
quid cogitatur. Ex cogitatione oritur ob frigus extimium, calore in cor recedente,

Quid Trepi-
datio?

Horat.

Horripilatio: de qua Numi. 5. & 10. Sophocl. in Oedip. in Colon. vers. 1697. Omnes recte flarent timentes timore capilli. Terent. in Eunuch. Act. 1. scen. 2. v. 4. Timeo, horreoque, postquam aspexi hanc. Homer. 19. Iliad. v. 14. Omnes cepit tremor: neque quis sustinuit contra aspiciere, sed timuerunt. Virgil. 3. Aeneid. v. 29.

Virgil.

Mibi frigidus horror
Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.

Horror exprimitur etiam ex parte cogitationis: quapropter ipse ibid. v. 348. Sontitumque pedum, vocemque tremisco. Homer. 4. Odyss. v. 824. Lugeo, tremisco & timeo. Ovid. lib. 2. Metam. fab. 1.

Ovid.

Fit timor & pavido trepidat formidine pectus.
In Scriptura designatur per Hypocalistum. Ezech. 7. 17. Omnia genua fluent aquis. Homer. 5. Iliad. v. 183-16. v. 418. Multorum & fortium genua solvit. Ovid. ubi dudum. Palluit, & subito genua intremuere timore. Virgil. 12. Aeneid. v. 905.

Hypocalist. mut.

Virgil.

Genua labant gelidus concrevit frigore sanguis.
Signatiis totum Daniel. 5. 6. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabantur: & compages renum eius solvebantur & genua eius ad se invicem collidebantur. Alia infra num. 10. Ita inolevit ex cogitatione trepidatio, ut nec quiescere permittat, nec sit speciebus preconceptis amica etiam in somno quies. Homer. 21. Odyss. v. 79. Cuius aliquando recordaturam puto etiam in somno. Quod incubo dicitur, sive corsalium, supponens ex afflictione cordolium, & inferens cunctas timoris passiones. Senecæ in Hercule. Furient. v. 706.

Virgil.

Senecæ

Vagus per artus errat excussos tremor,
Erectus horret crinis, impulsus: adhuc
Stat terror animis, & cor attonitum salit;
Pavidumque trepidis palpitat venis iecur.

Quid For. videt

Denique iure, uti gravior, effectus timoris designatur Formido, quasi metus eum omnibus trepidationis circumstantiis, sed de re improvisa, unde consternatio & animi nefcientis percussio, sive à formis veris visui obiectis, sive à falsis imaginatione fictis. Descriptionem habes 17. Sapient. Apparbat illis (dicitur vers. 6.) subitaneus ignis timore plenus; & timore percussus illius, qua non videbatur, facies, aestimabant deteriora esse, qua videbantur. vers. 15. Aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando anima despiciebant translatione: subitaneus enim illis, & inseparatus timor supervenerat. Idem Prov. 3. 25. & Ezech. 26. 16. Vide dicta Tautolog. 7. num. 9. & 15. Virgil. 3. Aeneid. vers. 47. canit:

Virgil.

Tum vero ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui, steteruntque coma, & vox faucibus hæsit.

Unde Philo libell. de Ioseph. subdit: Hæserunt stupefactis verba præ errore ac metu gravissimorum malorum, ut solent inopinati casus vocem adimere. Plura dicemus Tautolog. 10. an. 19. In terrorem ergo audi ex Dion. Cass. 42. quid fecerint Salonitæ. Noctu sese atris vestibis vestierunt mulieres, capillum demiserunt terribiles, prout queque potuit, formas, aut larvas potius, asceverunt faces aut tedas singule in manibus gestarunt: sicque urbem composito agmine, magno silentio, lento gradu rectâ in hostium castra tendenderunt. Eas non longe subsequerantur viri egregie armati. Ergo illas conspicuati vigiles, exterriti sunt, demonum catervam suspicati. Accesserunt ista propius: fugerunt illi: castra illa incenderunt. Tunc excitati omnes, adeo conturbati, & pavescati sunt, ut istarum viri subsecuti contrucidaverint plurimos, in fugam omnes, ipsamque Octavianum adegerint. Virgilius 12. Aeneid. à v. 865. describit Turnum territum imagine Furie, phantasia læsa.

Stratagemata infigne.

Dio Cass.

Hanc versa in faciem Turni se pestis ad ora
Fertque, refertque sonans, clypeumque everberat alis.
Illi membra noctis solvit formidine torpor,
Arrectæque horrore come, & vox faucibus hæsit.

Virgil.

Discrimen Timoris & Metu.

Ecce effectus timoris, qui ab AA. confunduntur, prænt cuique in expressionem placet periculi imminentis, in quo timor distinguitur à metu, qui à longè cogitat malum. His ergo sic prælibatis facile eruentur Tautologiarum meditata expositiones.

6 Nolite timere (universo Israël iamiam moriturus dicit Moyses) nec paveatis ad conspectum eorum (incolarum terræ promissæ) quia Dominus Deus tuus ipse ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. Eadem dicuntur vers. 8. Iosue. In quibus

ver

verbis duplex inest Hebraismus. Primus est Nolite, secundus Ipse. Verbum Nolo nihil addit verbo, cui coniungitur, sicut alia in Scriptura, de quo Tautolog. seq. num. 3. Pronomen adiectivum Ipse accipiendum pro adverbio Etiam; ut plurimis sacris & profanis testimonijs astruximus, Tom. 3. T. 12. à num. 22. Unde sentus: Ne timeas, & timorem in pavorem concutiaris, quia etiam vel me moriente, Dominus est ductor & protector tuus. Sic Iosue cap. 1. vers. 5. dicitur: Sicut fui cum Moysè, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquam te. Noli metuere, & noli timere. Idem dicitur 1. Paralip. 22. 13-28. 20. Hebr. 13. 5. & alijs in loc. Erat igitur in Israelitarum animo suspicio ardui propositi debellationis terræ promissæ. Adhuc sedebant in corde illa exploratorum verba: Terra quam iustravimus, devorat habitatores suos: populus quem aspeximus, proceræ stature est. Ibi vidimus monstra quedam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur. Unde dicta Terra gigantum, ut dicitur Deuter. 2. 10. 20. 3. 11. Ridicula, quæ Rabbini fingunt de itatura gigantibus, quæ pudet referre; videris, si placet ineptiæ, apud Abulens. in Numer. 21. q. 28. Ligan. Alapid. tam hic, quam Deuter. 3. 11. & Sanctium in 2. Anos num. 37. Hinc, ne Scripturæ contraire videantur (dum dicit loc. cit. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus eius ferreus, novem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis) cogitant eiusmodi lectum ita descriptum fuisse cunas Og; quippe quam dum interfectus fuit à Moysè, pes eius erat centum & viginti cubitorum; ita ut per foramen ossis tibiæ posset liberè ingredi eques persequens cervum fugientem, ut accidit, sex horarum per spatia. Etiam Iacobo Gaffarello displicet fictum; & dignum admiratione, quia mendacium. Quapropter cogitat in suis Curiositatib. inauditis, cap. 5. & rationabiliter, non potuisse esse tam vastum, humani ossis corporis, ut visum Rab. Saul cap. Arbotatrix in Nidda: sed captem perforatam à natura vel ab arte, per quam sine obice ficut in antro currere quibant cervus & eques. Plura saxa vidimus excavata à natura vel arte quàm longè desinentia, ac in varias formas figurata, ut invenies apud Abraham. Ortel. in Teatro Orbis, Bleu in Atlant. nov. & Ioann. Nieuhovium in Legat. Batav. p. 1. fol. 63. & 73. ubi describit inter alia scopulos, quos vocant Quinque capita equina, & Quinque deformium diabolorum; sicque metricè ludit:

Ipse pro Etiam.

Numer. 13. 33.

Deut. 3. 11. Fabula Rabb. de Og.

Miræ curiositates in sdx.

Nieuhov. vius.

Conditio re. bellis subditorum.

vers. 3.

Virgil.

Pallologia, & Metonymia.

Artificum proavis fugat hæc Provincia laudes;
Nam natura parens supprimit artis opus.
7 Etsi vidissent, & modò Israëlite viderent mirabilia facta, patres suos incredulos, diversis temporibus in deserto prostratos, occisos cum innumerabili multitudine Schon regem Amorrhæorum, & Og gigantem regem Basan; fato Moysis instante, cogitantes munere ducatus functurum Iosue, suo iudicio inexpertum (conditio ferè rebellium subditorum, præsidem scilicet præsentem mordere, & moribundum plorare) quasi abbreviata esset manus Domini, timebant futurum bellum, Deum ab auxilio recessurum, & alia propria illorum capitonum, quibus plusquam carnalibus, nec consueto cernendi prodigia, satis in cordium demeritis trepidantium, fartatecta. Unde ne caderent animo, dicit populo universo Moyses: ne timeas: Dominus ergo Deus tuus transibit ante te: ipse debilit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: & Iosue ipse transibit ante te, sicut locutus est Dominus. Si timor oritur ex meditatione impendentis mali; non solum non proximum, sed nec malum; cum Deus adiutor & hyperaspistes, ut viderant in exitu, & ex exitu servitutus usque in præsens. Ita excitatio, suoque apud Profanos. Virgil. 1. Aeneid. vers. 566.

Solvite corde metum Teucri, secludite curas:
Res dura, & novitas regni me talia cogunt
Moliri, & late fines costode tueri.

Homer. 6. Iliad. v. 112. Animosi, viri sote. Plaut. in Milit. Act. 4. scen. 2. v. 20. Bonum habe animum, ne formida.

8 Huiusmodi Tautologiæ exponuntur, ut sæpe fecimus, per exergasiam, ut inculcatione eiusdem sententiæ, affectus, & effectus animi exprimentur amplissimè. Quod nos frequenter pallologia facimus. Ne timeas, ne timeas: dicimus. Bono animo sis, quid times? Vivide Psalm. 13. 5-2. 6. Trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Metonymicè: Ubi non erat causa timendi. Peccatores trepidat, quippe ab illis longè Deus, & urget in pavorem conscientia, maxime ubi Dei vindicis non est timor. Hinc Genes. 31. 42. dicit Iacobus: Nisi Deus patris mei Abramam, & timor Isaac affuisset mihi. Ubi timor pro Deo timendo, yerendo, & venerando. Etiam apud Ovidium lib. 3.

Me.

Abstraham pro concreto.

Timor, horror &c. pro reverentia & religione.

Metamorphos. fab. 3. Iupiter dicit: Timor & Deus ille Deorum. Malac. 2. 5. Dedi et (Levi scilicet) timorem & timuit: id est, Sanctuarium, quod coluit reverenter. Genes. 20. 11. Forstian non est timor Dei in loco isto. Matth. 9. 8. Videntes timuerunt & glorificaverunt Deum. Luc. 1. 65. Factus est timor super omnes vicinos. Quo intelliges illud Exod. 20. 20. Nolite timere: ut enim probaret vos, venit Deus, & ut terror illius esset in vobis. Hoc est, reverentia: timore accepto pro reverentia & cultu. Timor, metus, pavor & alia pro religione saepe apud Ethnicos. Homer. Iliad. 24. v. 434. Timeo & vereor in animo. Euripid. in Electr. vers. 1122. Timeo ego, prout ego timeo. Et in Supplicib. v. 627. Invocamus Deos: hæc prima metus (cultus) est fiducia. Q. Calab. lib. 2. Metuebant, & reverebantur Regem, & Helenam. Valer. Flacc. lib. 2. Argonaut. v. 440. Sacrisque metum servemus operis. Lucan. lib. 3. v. 71. Arboribus suis horror inest. Claudian. de 6. Consul. Honor. v. 40. Horror sacer. Propert. lib. 4. Eleg. 12. v. 48. Melior iudicis esse metu. Ovid. 1. Metam. fab. 7.

Ovid.

Virgil.

S. Benedicti Chrysof.

Pro ne mirabili. Homer.

Hebr. 12. 5.

Una ex negationibus pro Non solum, altera pro Sed etiam.

Etiam pro adverbio.

Actio pro obiecto seu materia actionis.

Eff. aut parvis a-gui.

Non illo melior quisquam, nec amantior æqui Vir fuit; aut illa reverentior ulla Deorum.

Virgil. 6. Aeneid. v. 169. Horrentique atrum nemus imminet umbrâ, & lib. 7. v. 59. Laurus erat tecti medio in penetralibus altis, Sacra comam, multosque metu servata per annos. Plutarch. in Vit. Alexand. inhr: Horrenda iuramenta. Aufon. in Panegy. Gratian. In sacario (ait) imperialis oraculi, qui locus horrore tranquillo, & pavore venerabili. Similiter P. N. Benedictus Regul. Sanct. cap. 53. Divitum terror ipse sibi exigit honorem. Chrysofom. Homil. de Doctrin. & correction. inquit: Tremendum templum, & de Mort. Homil. Horrendorum mysteriorum memoria. Ita igitur timor accipitur pro re mirabili & stupenda, venerationeque digna: cumque Deus in cunctis venerabilis, uti admirabilis sit, dicitur Timor, signato obiecto pro effectu obiecti: optimèque expressit Homer. 12. Iliad. vers. 39. dicens:

Heclorem timentes, magistrum timoris.

9 Minime in præfenti Tautologia sic accipiendus timor, sed sensu opposito. Nichil pendendi sunt inimici: non quia pauci numero sitis & imbelles; sed quia cum Dominus Deus exercituum sit vobiscum, illis congruit confectio; vobis autem virtus. Nolite timere, vel ingruentibus periculis, in quibus vos non deseret, neque derelinquet. Sic Syr. in Epist. ad Hebr. legit: Non te deseram, neque relinquam erga te manus. Septuag. Non te derelinquam, neque despiciam. Præsentiam Dei & providentiam indicat geminatio: tanque una ex negationibus intelligenda pro Non solum: & altera pro Sed etiam; præter diximus de affirmatione & negatione Tautolog. 6. num. 5. Sic erit sensus: Non solum non deseram, sed & favebo. Mobilitate ingenij, & quæ natura pavoris est, omnia metuenti, præsentia maximè displicent, ut ait Tacit. 3. Hist. cap. 85. Non aliter morte proxima Moyse pavebant Israëlites, quos excitat; quoniam Deus non deseret; imò auxiliabitur. Non protectionis obliviscetur, ut illi post in terra promissa cogitarent, sicut dicitur Isai. 49. 14. Dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei: id est, non solum oblitus est mei, sed dereliquit. Cui contra Moyse: non tantum non derelinquet, sed ducet te, ut possideas promissa, conteretque habitatores terræ. Pariter geminatio exponi quit, ita ut quilibet ex periodis sumatur pro adverbio, de quo infra num. 13. Q. d. Nunquam & nusquam te deseret.

10 Actio in Scriptura interdum sumitur pro obiecto, subiecto, vel materia actionis; de quo egimus, in Prolog. Galeat. §. 4. num. 10. Quapropter Timere timorem est timere iram, minas, & bellicos inimicorum apparatus. Isai. 8. 12. Timorem eius ne timeatis, neque paveatis. Ex metu oritur timor & pavor, alijque affectus, de quibus egimus, experientes animum concussit consideratione periculi, qui aliquando ita valent, imò prævalent, ut corde percussus cadat omnino animo, uti dicitur de Achior, Iudith. 13. 29. Videns caput Holofernis, angustiatu præ pavore cecidit in faciem suam super terram, & astuavit anima eius. & Eth. 15. 10. Regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super avicillulam reclinavit caput. De horrore, cuius effectus crinium erectio, diximus n. 4. & 5. Ovid. lib. 3. Metam. fab. 13. Gelidoque coma terrore rigebant. Seneca in Hippolyt. v. 1050. Omnis frigido exanguis metu horret. Causam vide apud Aristotel. in Problem. sect. 8. q. 8. & 11. Deficiunt vires in usum facultatum. Unde Ovid. lib. 5. Trist. Eleg. 2. vers. 1. & ad Pison. vers. 76.

Equid, ut è Ponto nova venit epistola, pallescit

En

En tibi sollicita solvitur illa manus.

Pone metum: valeo, corpusque quod ante laborum, &c. Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.

Q. Calaber. lib. 4. Formido omnium confregit virtutem, & metuebant. Homer. 7. Iliad. v. 151. Tredebant, & timebant. Plaut. in Cistell. Act. 4. scen. 2. v. 20.

Nam & intus paveo, & foris formido: ita nunc Utrobique me metus agitat. Illo sunt miserè miseri.

De pavore & effectibus eius, præter dicta, egimus late Tautol. 7. à num. 7.

11 Hi modi loquendi ingentem metum indicant, quia cum Hebræi superlativis careant, pro superlativis sufficiunt geminationem. Trepidaverunt timore: id est, valde trepidarunt. Psal. 54. 6. Timor & tremor venerunt super me. Iudic. 7. 3. Formidolosus & timidus. Exod. 15. 15. 16. Obtinuit tremor: obriguerunt habitatores. Irruat super eos formido & pavor. Stylus etiam invenitur apud Græcos & Latinos. Homer. 21. Ody. v. 151. Timidus & pavore. & 21. Iliad. v. 287. Nequicquam trepides, neque formides. Plaut. in Cistellar. Act. 2. scen. 1. v. 58. Paveo & hoc formido: iam tota sum in metu. Ovid. ubi supr. 2. Metam. fab. 1. Ipse pavet: videt trepidus simulacra ferarum, Virgil. 2. Aeneid. v. 685. Nos pavidi trepidare metu. & lib. 9. v. 170. Necnon trepidi formidine. Senec. in Troad. v. 301. Timide, dum increpuit metus. Ita alia, quæ Tautologicè exprimuntur, alibi superlativè enunciantur. Daniel 10. 7. Terror nimis irruit. Eth. 11. 8. Ingens formido. Ion. 1. 16. & Luc. 2. 9. Timuerunt timore magno. Etiam Ethnici præfati. Euripid. in Androm. v. 868. Metum, quo nimium times. Sophocl. in Aiac. v. 139. Magnum timorem habeo, & timui, & Virgil. 6. Aeneid. 491. Ingenti trepidare metu.

12 In præfenti igitur articulo, quantumvis bellici fulgurent apparatus, nihil timendum, quippe nihil instat, unde malum: imò pro pavore hilaris fumendus animus, siquidem ex multitudine hostium maior triumphus. Timeant, qui Deos habent ligneos: neutiquam populus, cuius Dominus Deus eius, & Deus, Deus & non alius. Hinc David de idololatris: Trepidaverunt timore, ubi non erat timor, id est, Deus, ut supra diximus, & qua acceptance Sophocl. in Philot. v. 1285. Tuum non timeo timorem: id est, quem tu times. Nil mirum in Ethnicis, quippequam, uti diximus Tautol. 4. n. 28. cum ex mortalibus mortales arbitrentur Deos factos, vel in hac misera vita Deos in certamen provocabant. Vide plura apud Senecam in Hercule, Furere, & Octoe. Eurip. in Alcest. Aristophan. in Plut. unde Lucanus 1. Pharsal. v. 37. Scelera ipsa, ne fasque hac mercede placent. & Statius lib. 10. Thebaid. v. 897.

Ecce quierant Iurgia: cum medijs Capaneus auditus in astris, Nullane pro trepidis, clamabat, numina Thebis Statis? Ubi infanda segnes telluris alumni Bacchus & Alcides? Piget instigare minores. Tu potius venias. Quis enim concurrere nobis Dignior? En cineres, Semelæaque busta tenentur, Nunc age, nunc totis in me committere flammis Iupiter. An pavidas tonitru turbare puellas Fortior? Et socii turris scindere Cadmi? Ingenuit dictis superum dolor.

Infanam deposcebat pugnam. Quid, si Dij homines fugiebant, quasi vulnerati ab ipsis? Plura diximus Tom. 3. Tautol. 10. n. 8. Claret quæ illorum circa Numina æstimatio & existimatio. Senec. in Furent. vers. 446.

Communis ista plurimis causa est Deis. Famuli na fuerant ante quam fierent Dei.

Ita minime timebant, non ducti fide, sed præconcepta de apotheosis mortalium cogitatione, est blasphemii dicerentur. Quare Manil. 1. Astronom. cap. 1. v. 28. inquit:

Quis foret humano conatus peccare tantum, Invoitis ut Dijs, cuperet Deus ipse videri?

Contra adorantes, timentesque idola, uti Numina, quæ illorum dicebantur Timores, invehitur David: igitur est fulmine, lancea, aliisque terribilibus insignita vana numina, nullo modo timenda numina vana. Nunc autem videbitis (dicit Baruch. 6. à v. 3.) Idem quæ in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, sumi

Ovid.

Plaut.

Geminatio pro superlativo.

Daniel.

Euripid.

Sophocl.

Timor pro Deo.

Sophocl.

Ethnici cur numina pro-

vocabant in certamen?

Stat.

Senec.

Manil.

Insignia idem quæ-

ostent-

Baruch.

Presentantes metum gentibus. Videte ergo, ne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis. Sceptrum autem habet ut homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit. Habet etiam in manu gladium & securim, se autem de bello & à latronibus non liberat. Unde vobis notum sit, quia non sunt Dei. Non ergo timeritis eos. Optima descriptio, ut vel ipsis timentibus constaret, quam vanæ ac inaniter trepidaverint: etenim nullius, nulla causa timoris, neque præsumptio formidinis. Chald. in utroque loc. Timuerunt timore mendacij. Timuerunt ibi timore inter idola, aut ab idolis eorum; & non est in illis causa, qua vel quare timeantur. Euthym. Timuerunt timore, cuius non erat timor. Theodot. Stupuerunt stupore, ubi non erat stupor. Effectus pro causa, sive actio pro obiecto, ut supra diximus. Ita igitur profane ubi nulla causa, signant uti timiditatem, non ut timorem, qui oritur ex vero futuro damno. Euripid. in Supplic. v. 548. dicit: Timere vanos & inanes metus. Ovid. 5. Trist. Eleg. 2. v. 37. Quid dubitas & tuta times? Claudian. 2. de Rapt. Proserpin. v. 27.

Chald.

Actio pro obiecto.

Claudian.

Terror Panicus.

Iuvenal.

Senec. Plutarch.

Bernard.

Geminatio pro adverbio.

Spes pro timore & e. contrâ.

Gaudia inter utrumque.

Desine funestis animum Proserpina curis, Et vano vexare metu

Seneca Epist. 91. Extimuisstis sine causa hic metus dicitur Terror Panicus, de quo Tautolog. 10. num. 19. Per hyperbolem à Pricis dicebatur Cantuari umbra: quod utique in Scriptura, Sonitus fulgij volantis. Levit. 26. 39. Prov. 28. 1. Fugit impius nemine persequente. Et Job 15. 21. Sonitus terroris semper in auribus illius. Plantus in Aulul. Act. 3. scen. 5. vers. 9. Malam rem metuant magis. Senec. in Thyest. vers. 571. Peior est bello timor ipse belli. Virgil. 4. Aeneid. vers. 298. Omnia tuta timens. Iuvenal. Satyr. 6. vers. 95. & 10. vers. 19.

Timent, pavidoque gelantur Peccatore, nec tremulis possunt consistere plantis. Noctæ iter ingressus, gladium, contumque timebis, Et mota ad Lunam trepidabis arundinis umbram.

Senec. Epist. 59. Illi hostem saepe timere sine causa, tutissimumque illis iter, quod insperatissimum fuit. Nihil stultitia pacatum habet, tam superne illi metus est, quam infra utrumque trepidat latus. Plutarch. 5. Sympos. cap. 7. Timidos spectâ, videbis etiam salutaria formidantes. Pariformiter dici potest de timentibus, ubi timor non est, sed solummodo cogitatio timoris, quod proprium timidorum, vel conscientia præva moribus icætaum. Unde ingeniosè Bernardus in Psalm. Qui habitat, ferm. 6. Non ipsa assiduo tentatio est, sed magis timor ipsius. Idem Novarinus Umbr. Virgin. Excurs. 99. num. 912. & Seneca Epist. 24. Scies nihil esse terribile, nisi ipsum timorem. Non quæ timenda timentur, sed ipse timor, quem figurat timentis cogitatio: quandoquidem nil timeret, si esset cognitio. Lucret. lib. 3. vers. 75.

Timentque Consimili ratione ab eodem saepe timore.

Eadem referenda ad sententiam principalis Tautologiae. Nolite, vists & obvijs cataphraetis adverbis, falcatis curribus, timere: neque ad horum aspectum oriatur pavor; quippe trepidabitur timore, uti non est timor. Non deseram, neque dimittam, neque derelinquam vos usque in finem veltramque quietem fovebo. Faciam quæ vultis & perficiam: ducam possessionem usque terræ promissæ, & perducam. Oleaster. legit: Non remisisti tecum agam. Tigur. Gnæviter aget. Græc. Ne ignavè formides. Cunctæ geminationes expositæ pro adverbis, ut supra diximus num. 6.

Aliquando Timor sumitur pro spe, sicut spes pro timore. Hic collectio utriusque fit. Spei, quippe Deus ductor tuus, non dimittet te, neque derelinquet. Timoris, quoniam non est cur timeas & paveas. Utrumque complectitur Psalmes Regius, Psalm. 113. 11. Qui timent Dominum, speraverunt in Domino. Prov. 29. 20. Stultitia magis speranda est (pro timenda) quam correctio. Spes cum anxia sit, & frustrari possit, semper soror est, vel uxor timoris. Hinc in fundo pyxididis Pandoræ volitantibus bonis, sederunt spes & timor, ut inter spem voti, & metum starent univërfa hominum gaudia. Spes pro timore saepe invenitur apud Profanos. Seneca in Hercul. Fur. vers. 161. Spes sollicita. Ubi Deltius: Speramus non bona solum sed & mala. Virgil. tribus in loc. acceptione utitur. 1. Aeneid. vers. 547-4. vers. 419. & 11. vers. 275.

At sperate Deos memores sandi atque nefandi, Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Hag

Hec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt. Addique potest illud Eclog. 8. v. 26. Quid non speremas amantes? Catull. Epigram. 75. Non hoc miserum sperare iubebat. Vide plura apud La-Zerda loc. Virgil. cit. quibus apponam ex Cicerone duplex testimonium. Epist. 11. lib. 6. Familiar. Quotidid fit (inquit) aliquid lenius, & liberalius, quam timebamus. Et Epist. 6. lib. 15. Ego ut spero, propediem te videbo, atque utinam republicâ meliore, quam timeo. En timor pro spe, & spes pro timore. Tuncque testimonij sensus est: Semper spem rei portandæ comitatur timor, verum in præsentî articulo minime cadatis animo, etsi ingruant bella, quoniam potius in triumphos ab inimicis illata. Magnanimam cor nunquam pavet, nec terretur, ait Homer. Iliad. 12. vers. 45. Virtus nescit ignavos metus. Nulla etenim micat in timorem causa, ut decidatis à spe; quippe periculum nullum. Nec paveatis: quod quidem additur, quasi effectus timoris, sicut tremor, formido & horror. Unde Passeratius in illud lib. 2. Eleg. 34. vers. 20. Propertij dicens:

Ipse meas solus, quod nihil est, emulor umbras, Stultus, quod stulto saepe timore tremo.

Subdit: Timore tremis, quia tremimus etiam frigore & febre. Et Donatus in Terent. Eunuch. Act. 1. scen. 2. vers. 4. Tremo, horreoque: ex amore sollicit nimio. Nimius ignis effectum frigoris reddit. Haud in Hebrais timor ex insuscipendi causis; sed quia Moyses moriebatur, & inimici cominus, quos Dei auxilio, qui timebat, exterminatur: unde in spem Legislator erigit, quoniam qui ex Aegypto eduxit, & per desertâ tot prodigijs perduxit, minime descret.

Eisdem expositionibus clarent Tautologiae affines. Unde in geminatione defensionis & oblivionis abdiçæ, idem sonat ac: Non eris solus, quia ego tecum sum, ut liberem te. Pro quo præmittendæ acceptiones vocis Solus: etenim de solitudine agemus fusc Tom. 8. Tautol. 1. Solus à solitudine derivari aliqui arbitrantur: at festo videtur, huiusmodi vocem insertam Latio ex lingua Oschorum, qua Solus idem est ac Integer, seu Totus. Unde Solitaurilia sacrificia (de quibus in Ephemer.) quia non ex bobus, sed ex integris tauris. Sic Deucalion ad Pyrrham, ut canit Ovidius lib. 1. Metamorph. fab. 7. soror! O coniux! O femina sola superstes! Quam commune mihi genus, & patruelis origo, Deinde thorus inquit, nunc ipsa pericula iungunt; Terrarum, quas cunque vident occasus & ortus, Nos duo turba sumus.

Torum genus humanum nos sumus, & soli ex toto. Seneca in Troïda. vers. 505. Turba, nimirum ex Troia tota, tumulus, puer, captiva. Plaut. in Stich. Act. 5. scen. 5. vers. 8. Totus doleo (idest, solus) Totus? Tanto miserior. Et Lucretius 3. de Rer. natur. vers. 789.

Sic animi natura nequit sine corpore oriri, Sola, neque à nervis, & sanguine longius esse.

Ubi sola claret pro tota. Acceptio in Scriptura passim.

Hinc obiter pro curiositate discutendum, quid sit Vivere sibi, Vivere secum, sive secum habitare? Plura dixi Tom. 2. Tautolog. 1. ex sacris & profanis à num. 23. modo aliqua pro obsequio Benedicij P. mei, ut constet, quid signaverit Gregor. Magn. 2. Dialogor. cap. 3. postquam Patriarcha SS. corruptos moribus Monachos iure reliquit, dicens: Tunc ad locum dilectæ solitudinis rediit, & solus in superni spectatoris oculis habitavit secum. Vivere sibi est quiete vivere, ita ut qui vivit, suus sit, & non alterius; minime alienæ voluntati obnoxius. Alterius sub iura deditur atas: canit Lucret. lib. 1. vers. 75. A tumultu rerum se evocare satagat, qui vivere vult, ut sibi vivat. Plena sanè huiusmodi doctrina sunt opera Seneca.

Nunc & non reges tantum fuge: vivere doctus, Uni vive tibi, nam moriere tibi.

Apertè Moriere, quoniam, qui omnibus vivere volunt, nulli vivunt: quomodo sibi, si dum vivunt alijs, nec illis vivunt? Complectitur, ni fallor, Ovid. 3. Trist. Eleg. 4. vers. 3.

Ussus edocto, si quicquam credis amico, Vive tibi, & longe nomina magna fuge, Vive tibi, quantumque potes, pnelusuria citta

Cicero.

Homer.

Propert.

Passerat. Donat.

Solus pro toto.

Ovid.

Seneca.

Plaut.

Lucret.

Quid fructu ore sibi?

Greg. Mag.

Lucret.

Virgil.

Ovid.

Secum præstari fulmen ab arce venit. Nam quamquam soli possunt prodesse potentes; Non profit potius, si quis obesse potest.

17. Dificant aulici, ut vivant sibi, & possint vivere secum: quandoquidem longè à fulmine, qui à love. Aliquid addit Secum esse, Secum vivere & habitare: igitur non solum à mundo, sed à seipso homo exulare debet, quatenus præ amore celestium sibi non vivat, ut secum vivat, dicatque cum Apostolo: Vivo autem iam non ego: vi-

Galat. 2. 20. Quam sevocatus animus à societate, & contagione corporis, meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prævidet. Considerandum, quid factum, quid prætergressum, quid indultum, cur huius sententiæ votum, an melius mutari, quare non ultra progredi? Et ut dicit etiam Ethnicus Satyr. 1. v. 21. non iuxta adulantium voces, sed iuxta rationis leges.

Perf. Vide Hermann. Hugon. lib. 1. Gemit. 10. Bernard. de Inter. Dom. cap. 6. num. 14. Redi ergo ad cor tuum, & diligenter discute teipsum. Considera unde venis, quò tendis, quomodo vivis, quid agis, quid amittis, quantum quotidie proficis, vel quantum defici-

Bernard. tis, quibus cogitationibus magis incuraris, quibus affectionibus frequentius tangeris, quibus tentationibus à maligno spiritu acrius impugneris. Cum totum interioris exteriorisque hominis statum, & habitum, in quantum possibile est, plene cognoveris, & non solum qualis sis, verum etiam qualis esse debueras; de cognitione tui poteris sublevari ad contemplationem Dei. Cicero in Caton. Mai. secum vivere cogitat separari à vitijs.

Cicero. Animum (ait) quasi emeritis stipendijs libidinis, ambitionis, contentions, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse, secumque vivere. Fallitur: illud est, vivere sibi. In excelso iam habitat animus, qui levavit se super se, & altiora petit, quasi qui in cælis conversationem habet. Iccirco de Benedicto dicitur: Vitam Angelicam gerens in terris,

Benedicti vita Angelica. ita ut hic positus in cælestibus habitaret. Aptius Angel. Politianus Episc. 7. Secum est homo, secum habitans. Non est, quòd aut ruri urbem, aut rus in urbe desideret. Ipse habitat secum, si quocunque it, se sequitur: magnum illi in quavis solitudine theatrum, magnam solitudinem in quovis theatro facturus. Similiter Benedictus alijs vivebat, & secum simul vivebat in regimine Monachorum; sed abdicato præfatu, solummodo totus in superni inspectoris oculis habitavit secum. Hermann. Hugo ubi supr. in introduct. lib. 1. distich. ultim.

Her. n. Nemo meos gemitus, vota aut suspiria novit: Hug. Nemo, duo nisi nos, & duo sufficitis.

18. Modò in reliquis Solius acceptiones. Solus sumitur interdum pro Unicus, Incomitatus, Derelictus, Solitarius, quasi solus sine pari, sine comite, sine congruo comite, sine auxilio, sine teste. Sine pari, propter excellentem eminentiam; unde homo insignis dicitur unicus, rara avis in terra, de qua acceptione ex professo Tom. 5. Tautolog. 3. ad illud: Fuit vir unus. Ita Sedulius lib. 2. Carmin. vers. 70. dicit de Virgine:

Sedul. Nec primam similem visa es, nec habere sequentem. Sola sine exemplo placuisti femina Christo.

Propert. Similiter Propertius lib. 1. Eleg. 16. v. 35-2. Eleg. 7. v. 19. & Ovid. 1. de Art. vers. 44. alio intuitu.

Ovid. Sed tu sola mei, tu maxima causa doloris. Tu mihi sola places, placeam tibi Cynthia solus. Elige cui dicas: Tu mihi sola places.

Pro carentia similia. Etiam propter carentiam similia in eadem natura. Quare Sol dicitur solus, solus Phoenix, & de Pyrrha post diluvium dicitur ubi supr. O femina sola superstitis! Claret etiam in fact. pagin. Deuter. 3. 11. Solus Og resisterat de stirpe gigantum. Iosue 6. 17. Sola Rahab vivat. 1. Reg. 5. 5. Dagon solus truncus remanserat. Iob. 1. 17. Ego fugi solus, Et Luc. 24. 18. Tu solus peregrinus es. Ita plura. Solus, id est, sine comite. Levit. 13. 46. Solus habitabit extra castra. Deuter. 1. 9. Non possum solus sustinere vos. Iudic. 3. 20. Sedebat in astivo cænaculo solus. Iob 31. 17. Si comedi buccellam solus. Et Matth. 14. 23. Ascendit in montem solus orare: hoc est, comite nullo, nullo teste. Homer. Odys. vers. 367. Sola, seorsim à socijs, obvia. Et 24. Iliad. vers. 147. Solus, neque quis alius erat vir. Ovid. ubi dudum. Quo sola timorem ferre, modò posses? Quis tibi, si

sine me satis crepta fuisset? Plant. in Trinum. Act. 1. scen. 2. vers. 116. Id solus solum. Terent. in Hezry. Act. 4. scen. 1. v. 42. Solus solum conveni. Sophocl. in Philoç. v. 184. Iacet solus ab alijs. Virgil. Elog. 2. vers. 4. Ibi hac incondita solus: & Propert. lib. 3. Eleg. 15. vers. 23.

Sola tamen, quæcunque aderant in corpore vires, Regalis manicas rapit utraque manu. Propert.

19. Etiam Solus dicitur qui destitutus, & sine auxilio degit. Væ soli. Eccle. 4. 10. Sola erat in agro, clamavit, & nullus affuit, qui liberaret eam. Deut. 22. 27. Soror mea reliquit me solum ministrare. Luc. 10. 40. Apuleius lib. 10. Metam. de femina ad bestias damnata sine ullo consolatore, vel fiente, ait: Sola sine ullo comite. Virgil. 9. Eneid. v. 482. & 12. v. 810.

Sera mea requies, potuisti linquere solam? Nec tu me aëria solam nunc sede videres, Digna, indigna pati. Virgil.

Terentius in Adelph. Act. 3. scen. 1. vers. 4. Me miseram! neminem habeo: sola sumus. Geta autem hic non adest. Stylus lectori videbitur novus; igitur iam non solus, si dicunt Sumus; & si illa sola, quomodo sumus dicit, indicans societatem, & in mutuum auxilium? Unde Donatus hic subdit: Quam hoc nomen singularitatis sit, mirè Solæ pluraliter dixit. Loquitur enim secum quasi cum alio. Solus secum fabulatur: uti inquit Plaut. in Mercator. Act. 2. scen. 3. vers. 30. Vernacule: Quæ barimos solos? Buenos venos quedado! Hoc schema dicitur Dialogismus, uti Scyllæ apud Ovidium lib. 8. Metam. Tab. 1.

Et scelus & meritum est? Nec te data munera, nec te Noster amor movit, nec quò spes omnis in unum Te mea congesta est? Nam quò deserta revertat? In patriam Superata iacet: sed finge manere: Proditione meà clausa est mihi patris ad ora, &c.

Huiusmodi soliloquia videris apud Lucam 12. 19. de avaro dicente: Anima habes multa bona: requiesce, comede, bibe & epulare. & cap. 15. 17. de prodigo cogitante: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Ego autem hic fame pereo. Reliqua infra.

20. Iuxta posteriores vocis acceptiones interpretabimur Tautologias. Primaque occurrit: Quare tu solus & nullus est tecum? Fugiebat David Saulem, quasi flagitiosus, cùm de illo, illiusque regno esset præclare meritus. Non esse impium eam impio, subiacet odio. Beneficia eò usque leta sunt, dum videntur exsolvi posse: ubi multum anteverere (ut ait Tacit. 4. Annal. cap. 18.) pro gratia odium reddat. Hætere conabarit obsequijs, quæ fomes flammis: unde elegit declinare aulam, ne Regis acrius proritaret iram. Venit igitur in Nobe famelicus ad Achimelech: qui cùm illum ita vidisset, exclamavit: Quare tu solus & nullus est tecum? Duplex ante pleonasmii expositionem occurrit antilogia. Prima quippe Marc. 2. 26. non Achimelech dicitur, sed Abiathar. Introivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum. Alia, quoniam in Bibl. antiq. Psalm. 51. 1. legitur: Venit David in domum Abimelech: non Achimelech: quam sententiam sequitur Petrus Comestor in Hist. scholast. hic cap. 20. quoniam Procopius non hanc arbitrat Achimelech sacerdotem, sed Abimelech regem Geth, qui eodem cap. vers. 10. vocatur Achis, & Psalm. 33. 1. vocatur Abimelech. Idem in Gloss. respondet: Facta est permutatio literæ propter affinitatem apud Hebræos Beth, scilicet, & Capb: similes enim sunt literæ, exiguo apice tantum variante. Memoria lapsus est Procopius, igitur diversi sunt Achimelech, & Abimelech: hic rex Geth, ille sacerdos. Ad utrumque fugit David: ad sacerdotem ut aliquod auxilium in famem nancisceretur. Ad regem, ut tutius à Saulis ira in regno peregrino degeret: qui quidem Rex Achis, dicitur Abimelech, quia hoc nomen, insigne Regum Geth, sicut Pharaò, regum Egypti, ut constat Genes. 26. Non immutavit David vultum suum coram sacerdote, sed coram regem: quare iure loc. cit. Psalm. dicitur Abimelech, & in presenti Achimelech: etenim, ut diximus, diversi sunt. Comestor etiam facili nominis mutatione loc. cit. pro Achimelech dicit Abimelech. In Sanctio num. 33. est præli mendium: quod ne ulterius iriaperet, legitur à Correptione Rom. in Psalm. 51. Venit David in agnum Achimelech: uti iacet loc. Reg.

21. Ad primam antilogiam variè responderet nimirum Achimelech esse binomium. Ita Malhiend. in 1. Reg. 2. 1. & Sancti. n. 24. Iansen. cap. 37. Concord. Evang. Salmer. Tom. 8. cap.

cap. 14. Toletus in 6. Luc. not. 5. & Alap. in loc. Marc. prafat. Affruiturque sententia ex eo, quod 1. Paralip. 15. 11. Sadoc & Abiathar dicuntur sacerdotes tempore David: & c. 18. 16. Sadoc & Achimelech. Addique potest, trinominem fuisse; igitur 1. Reg. 14. 3. dicitur: *Et Achias filius Achiob.* Unde Lyra hic: *Ad Achimelech* (inquit) *qui supra vocatus est Achias.* Idem Hieronymus. Alij alia, sed quia nulla placent, omitam. Expositio erudenda ex ipso contextu. Scio interdum non posse Scripturas in concordiam redigi, ni personæ binomines sint, uti diximus *Tom. prioribus*: at in præfenti, necessarium non est. Marc. loc. cit. dicitur. *Nunquam legis, quod fecerit David, quomodo introivit in domum Dei sub Abiathar, principe Sacerdotum, & panes propositionis manducavit?* Sacerdos summus erat Abiathar, non Achimelech, à quo petijt panes David, qui tunc tabernaculo serviebat, & quem cum alijs sacerdotibus simul ministrantibus, ob gratiam inimico collatam, occidit Saul: non occidit Abiathar summum sacerdotem, sed Achimelech vice fungentem. Unde tam fuga David, Achimelech auxilium, quam ipsius & aliorum exterminium contigit sub Abiathar principe sacerdotum. Hæc cogitabam, non quasi acu articulum tangens, sed quasi atrectans: apriora colam. Dicam plura *Tom. seq. Tautolog. 6. à num. 8.*

Lyr.
Quomodo sub Abiathar & Achimelech accipit panem sanctus David profugus?

Solus profane congruo famulatio.

Nudus pro male vestito.

Virgil.

Nihil dicitur quod abundat.

Nullus, si pauci numero.

Tobi: Solus pro incomitatus.

2. Tim. 4. 11. Eurip.

Lyr. Petr. met.

22. Iam ergo lapsus in voces pleonasmicas. *Quare tu solus & nullus est tecum.* Nullus nã erit cum illo, si solus: verum dicitur solus, non quia solus; sed quia non, ut par erat, pro dignitate stipatus. In Scriptura & etiam apud Ethnicos, ubi defunt statui aut honori congrua; etsi aliqua, dicuntur nulla, sicut signatur defecit, ubi non est communis abundantia. Tob. 1. 23. *Nudus latuit.* Non quia nudus sine ulla veste; sed quia sine veste extrema pro personæ decore. Vide plura *Tom. 2. Tautol. 11. à num. 5.* Homer. 19. *Odyss. vers. 328. Si veste carens, male indutus.* Ovid. 2. *Fast. in Luperc. vers. 18. Nuda feram corpora posita veste.* Quod Nos dicimus: *En cuerpo.* Sophocles in *Philoct.* vers. 974. *Ingrédiam ad te nudus, solus.* Ubi Ioann. Bapt. *Gia: Nudus sine armis, id est, sine arcu & sagittis:* quæ vestis militis: hinc Virgil. 11. *Æneid. à vers. 642.*

Nando cui vertice sulca
Caesaries nudique humeri, nec vulnera terrent.
Tantus in arma patet.

Ita nudus quibat dici David, quia sine gladio. *Gladium meum & arma mea non tuli mecum:* ibid. vers. 9. sicut miles nudus dicitur sine defensus armis. Similiter usus de cibo & potu, uti late egimus loc. cit. *Tautol. 7. à num. 31.* Homer. 4. *Odyss. vers. 788.* de Penelope dicit: *Iacebat sanè tetuma, non gustans cibum neque potum.* Quod impossibile per tot dies absentia filij Telemachi. Non strictim, prout sonat, accipiendum; sed hyperbolicè, quasi parum nihil sit. Sic ergo, dum pauci numero, pro nullo computantur. *Psalm. 11. 2. Defecit sanctus.* *Psalm. 13. 1. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Mich. 7. 1. *Non est botrus ad comedendum.* Thren. 1. 1. *Quomodo sedet sola civitas?* Et de Iudith, vel comite puellâ, dicitur *cap. 13. 3. Erat sola in cubiculo.* *Ierem. 44. 2. Civitates deserta sunt hodie, & non est in eis habitator.* & vers. 27. *Consumuntur omnes viri Iuda; quia pauci numero.* Constat etiam *Isai. 49. 21. Ego sterilis & non pariens: & istos quis enutrivit?* Ubi, ut vides, cum filijs dicitur sterilibus, quia ferè omnes sublata fame, bello, captivitate, morte: ideo pramittitur, vers. 20. *Filij sterilitatis tuae.* Sicine nulli, & Ierusalem sterilibus, cum pridem plena populo, & præ multitudine hominum quasi sine muro.

23. Sic igitur solus poterat dici David, quia non pro status conditione aut decore comitatus. Ita *Elias 3. Reg. 18. 22. Ego remansi* (inquit) *propheta Domini solus:* & sciebat, uti dicitur vers. 13, ab Abdia servatos ex prophetis centum viros. Patetque etiam *Roman. 11. à vers. 3.* De Tobia dicitur *cap. 1. vers. 5. Cum irent omnes ad vitulos aureos, hic solus fugiebat consortia omnium:* constatque ex *Græc. cap. 5. 19.* ubi Ananix & Ionathæ meminit, cum quibus proficisceretur Ierofolymas adoratum Dominum. Quapropter dicitur solus, quanvis isti secum; quia isti tantum. 2. *Tim. 4. 11. Lucas est mecum solus.* Petrus, multique fideles Romæ tunc erant, de quo infra num. 25. sed quia non, ut cupiebat, habebat adiutores, solum se dicit cum Luca. Euripid. in *Orest. v. 305.* de Electra frater dicit: *Te solam habeo auxiliatricem, ab alijs desertus.* Sic igitur David dicitur solus. Patet (ait Lyra hic) quod aliqui erant in comitatu suo, sed pauci respectu & in comparatione ad illos, qui soliti erant cum eo ire. Petr. Comestor ubi supr. *Com. Achimelech miraretur, quod quasi solus venisset gener regis: ait ad eum*

Da-

David: *Ideo privatè veni* (Hispan. *De rebozo, de secreto.*) *& cum paucis, vel certè cum nullis.* Ioseph lib. 6. *Antiq. cap. 14. Ad sacerdotem pervenit, qui solum, neque famulatio stipatus, neque amicis comitatum advenisse videns, motus admiratione tanta solitudinis, causam percontatus est.* Tunc ille, *secreta mandata à Rege se habere dixit, ad quæ peragenda, nullo comitatu opus esse.* Caietan. eodem sensu inquit: *Occurrente David ex improvviso absque solita societate, præfagus mali animus tremuit, dicens: Quare tu solus & vir non tecum? Et est sensus: multitudo virorum, hoc est, militum, non est tecum. Maluend. Quid cognitionis causa tu ad te solum, & vir non ad te, vel apud te? Quid hoc tu in singularitate tua? Idem Ar. Montan. Quapropter claret solum dici Davidem, quia non satis pro dignitate stipatus, unde percussio sacerdotis. Q. d. Taurus vir ita! Chiliarchus sine milite? Gener regis sine maiestate, & nullo comite? Hinc Interlin. *Eò quoddam sine militibus venit.* Constat ex vers. 4. ubi comitum hic memoria: verum quid si unus aut alter? Si Chiliarchus, duo vel tres milites nullus dicendus. Solum planè, nisi stipatus pro munere. Qua de causa, quia non tot amicos, quos poterat, habebat Alexander, profusione opum, scripsit mater, ut in eius *vir.* ait Plutarch. *Nunc quidem omnes regi aequales facis, multosque illis amicos, tibi solitudinem paras.**

Ioseph.

Caiet.

Maluend.

Interlin.

Plutarch.

24. Hanc sententiam tenet Dionys. Chartus. Hugo, Abulens. alijque Expositores non infimi subelli; sed displicet Sanctio num. 10. Miror sane, cum ipse flos, verteretque Interpretum, hancine tradat regulam pro intelligentia testimoniorum difficultium: & hic signat iuxta communem loquendi modum, omnes sublato dicit in hostili valitate, modo pauci remaneant: sicut frequenter, *Omnis terra, & universus Israel, licet omnes ibi non sint.* Ioann. 15. 15. *Omnia quacunquè audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Et cap. 16. 12. subiungit: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò.* Et cap. 14. 26. *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quacunquè dixerò vobis.* Plura alia congerit Doctissim. Sanctius in 1. *Act. Apost. à num. 4. & in cap. 2. num. 25.* ad illud: *Viri religiosi ex omni natione, quæ sub celo est.* Additque: *Qua regulâ, quia sapius nobis utendum est, necessarium duxi, hic pluribus etiam explicare exemplis.* Quapropter sicut ab omnibus dicitur fieri, quod à pluribus fit; & omnia, si plura; ita quod à paucibus, à nullo dicitur factum, & aliquid nihilum. *Eth. 6. 3. Nihil omnino mercedis accipit dicitur de Mardocho, quia pro fidelitate non plenè muneratus, etsi cap. 12. 5. proferatur: Præcepit Rex, ut in aula palatij moraretur, datis pro delatione numeribus.* *Isai. 19. 5. Fluvius sicabitur:* id est, non erit in Nilo tanta aquarum copia: itaque respective in frequentem abundantiam, quasi sine aqua apparebit. Hinc iuxta ab illo alibi doctrinam traditam, interpretabor & germanè Tautologiam. Geminario sententia firmitatem animi, ratumque propositum indicat, ut superius dixi ad illud: *Non dimittet, neque derelinquet te.* Maxime si affirmatione & negatione fit, uti 2. *Tim. 4. 16.* dicit Paulus: *In prima mea defensione nemo mihi assuit; sed omnes me dereliquerunt.* Ioann. 8. 16. 29. *Solus non sum, sed ego & qui misit me Pater. Qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum.* Idem 16. 34. *Gracilimus est.* Sophocles in *Philoct. v. 382.* *Non fuisti ubi nos, sed abfuisti.* Homer. 1. *Iliad. vers. 197. Soli apparens: aliorum verò nullus videbat.* *Ælian. in Histor. lib. 13. cap. 26. Desertus ab omnibus solus.* Q. Curtius lib. 9. *Alexand. histor. cap. 2. Desertus, destitutus sum, hostibus aeditus: sed solus quoque ire perseverabo.* Duplici affirmatione aliquando fit, uti *Isai. 49. 21. Ego destituta & sola.* Eurip. in *Andromach. vers. 854. Reliquisti solam, destitutam existentem.* Sophocles in *Antigon. vers. 883. Solam dimittetis desertam.* Plaut in *Mostell. Act. 1. scen. 3. vers. 45. Reliquit, deseruitque.* In *Trucul. Act. 2. scen. 6. vers. 34. Reliquit, atque abstitit.* Paliologig etiam Eurip. in *Hippolyt. vers. 848. & ubi dudum 853. Reliquisti, reliquisti.* Denique Virgil. 3. *Æneid. v. 600. accinit:*

Omne dicit, ubi pauci, desunt: nullus, ubi pauci adjunt.

Sanct.

Affirmatio & geminatio negationis, emphasi in: cer-titudinem.

Omnibus idem animus scelerata excedere terrâ,
Linquere pollutum hospitium, & dare clasibus Austros.

Virgil.

25. Iam facilis exitus in Tautologiam. Licet Paulus Romæ aliquos secum haberet, dicitur *Solus*, quia ferè sine auxilio in causam fidei. *Æthiop. Nemo consecratus est mecum:* sensu quo ad illud *Act. 15. 38. Eo quoddam discipulis ab eis, & non isset cum eis in opus.* Arab. *Quia desererat ab eis, nec iuvaret eos in opere prædicationis.* Iam enim dixerat (inquit Caietanus) quod *Lucas erat secum, & Petrus tunc erat Romæ; sed ubi non erant de numero eorum, qui potuissent ipsum adiuvare.* Ita *Elias dicitur solus, cum adhuc septem millia virorum in cultu Dei persisterent; quia solus ipse se inimicus obiecit.* 3. *Reg. 19. 14. 18.* Additur autem secunda, seu posterior periodus; ut *altius*

2. Tim. 4. 11.

Æthiop.

Arab.

Caietan.

exprimatur articuli certitudo. Hispanicè sæpe dicimus: *Solo, solo. Nadie va con él. Nadie le ayuda.* Unde patet, solum, seu desertum posse accipi pro exiguo comitatu, non absolute solum, sed respectivè: nullusque cum illo dicitur; quoniam ad congruum honorem quasi nullus unus & alter. Arab. *Tu solus, & non est ullus tecum.* Ita igitur etiam comitari binis Deabus, stipataque famulatio, dicit Proserpina Ceres, apud Claudian. 3. de *Rapt.* vers. 420.

Claudian. *His lacrymis ego te fateor crudelis ademi, Quæ te deserui solam: quæ instantibus ultero Hostibus exposui.*

Q. Curt. *Q. Curtius ubi supr. lib. 9. cap. 4. Stabat enim in conspectu tanti exercitus, velut in solitudine desitutus.* Hinc solitudo dicitur sine teste, ubi sine ullo comite, quia cum exiguo stipato rex potest dici solus, non solitarius. Astruit Ambrosius lib. 2. in *Luc.* dicens: *Sola sine comite, sola sine teste.* Virgil. 4. *Aneid.* v. 466.

Virgil. *Sola sibi: semper longam in comitata videtur Ire viam, & Tyrios deserta quaerere terra.*

Sic ergo utroque modo usu venit designari & solitudinem & societatem. Homer. 22. *Iliad.* v. 39-16. *Odys.* v. 239. *Solus absque alijs. Solus sine alijs.* 3. *Iliad.* vers. 143. de Helena ait: *Non sola: eam enim & famula dua sequebantur.* De Penelope 1. *Odys.* vers. 331. & 19. vers. 601. De Nausicaa 6. *Odys.* vers. 85. De Achille 24. *Iliad.* v. 572. De Telemacho 2. *Odys.* vers. 11. & de Menelao 15. *Odys.* vers. 100. Ovid. lib. 13. *Metam.* fab. 1. vers. 352.

Ovid. *Nec tu cum socia clypeum pro classe tentas Solus enas: tibi turba comes, mihi contigit unus.*

26. Priusquam emergamus, occurrit gravis in articulo difficultas. Vel solum accessisse ad sacerdotem, Davidem dicimus, vel comitibus stipatum. In utroque ex contextu nodus. Si accessit solus, quomodo tot panes portavit, qui quidem singuli erant octo librarum nostratum (ut optime computat Ribera de *Templ.* lib. 2. cap. 10.) & plurimi oneris, & obicis non tam pondere, quam amplitudine? Unde claret non solum accessisse, maxime dum dicit vers. 4. *Mundi sunt pueri, quos condiderat in illum & illum locum.* Vernaculè: *Por. ay.* Roboratur ex *Matth.* 12. 3. & *Marc.* 2. 25. *Es qui cum eo erant.* Ex *Luc.* 6. 4. *Dedit eis, qui cum ipso erant.* Si cum illo alij, iam non solus. Quorsum ergo dicit Sacerdos: *Quare tu solus & nullus est tecum.* Quomodo inter tantos nec gladius, nec hasta, præcipue in Abulensis sententia, assententis hic *quest.* 5. Ionatham misit servos eximia erga Davidem fide. Unde si misit in auxilium, quale igitur sine vel levi armatura? Quantum in commentum sine ullo in subsidium alimentor? Iuxta dicta proclive expositio. Arbitror David secum portasse aliquos, fide & amore probatos, comites via, ac ad qualibet obeunda promptissimos, quos hinc illic federe iussit, & solum introisse ad sacerdotem, quippe videns solum, nullumque comitem, expavit, & quæsit tantæ solitudinis causam. Cui David sine strepitu solum venisse asseruit; quia ita exigebat causa regia: ceterum quoad comitatum non ita solum, quandoquidem illic & illic habebat pueros, ad quorum levandum famem accedebat ipse pro alimonia. Ita accidit sexcentis viris Danitis: ex quibus quinque introierunt in domum Michæ, & reliqui stabant ad ostium. *Judic.* 18. Similiter David solus ingressus est in Tabernaculum ad sacerdotem, & petijt panem; & simulatque Achimelech promisit, vocavit duos aut quatuor milites, qui portarent, ubi expectabant & alij. Post David quemlibet misit in propria, quia decreverat in terra Allophilorum exulare, & inermis in regionem inimicorum ingredi, occulto, vel tradito fidei alicuius familiaris gladio, quem acceperat, Goliath. Sic igitur perspicuum, in Tabernaculum ingressum solum & stipatum: comitatum à milite, & solum locutum cum sacerdote.

27. Restat expositio gementis Ierusalem, ac dicentis: *Ego desituta & sola.* Iuxta dicta ad manum erat expositio querimoniarum. Unde illa alia apud Terentium in *Eunuch.* Act. 1. scen. 2. vers. 67. dicit: *Sola sum: habeo hic neminem.* Quo in loco Donatus aptè subdit: *Sola sum, ad familiarium refert absentiam. Habeo hic neminem, ad alienorum amicitiam: potest enim sola domi esse, habere tamen aliquem foris. Sola sum, ab his quos natura conciliat per se. Habeo neminem, eorum qui voluntate iunguntur.* His etiam claret illud Pauli, de quo supr. num. 24. *Nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt.* At hic solitudo in femina non est ita intelligenda pro desertione, vel sine

Isai. 49. 21. Terent. *Sola femina pro vi-dua, vel sine auxilio.*

societate, ut supra; sed pro viduitate, aut carentia, privationeque viri. Ovid. ubi supr. *Quo sola timorem ferre modo posses? Sola, id est, viduata.* Eurip. in *Electr.* vers. 309. *Quomodo sola (sine viro) servabor? Virgo sum.* Senec. in *Hippol.* vers. 403. *Sola quæ montes colis, & una solis montibus coleris Dea.* Sola arva dicuntur, & terra sola, quæ sine femine, uti dixi *Tom.* 1. *Taut.* 1. Ita Plautus in *Asinar.* Act. 1. scen. 3. v. 11. ubi quidam femina dicit:

Solus solitudine ego atque ab egestate abstuli: Solas si ducem, referre gratiam nunquam potes.

Ubi patet solitudinem & egestatem dici, à viro non duci; & econtrà duci ab utroque levari. Virgil. 7. *Aneid.* v. 52.

Sola domum, & tantas servabat filia sedes, Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

In eadem acceptione Propertius 2. *Eleg.* 24. vers. 46. *Sola relicta viro.* Iterat *Eleg.* 33. vers. 41. & lib. 3. *Eleg.* 30. vers. 20. quibus in locis videris erudita apud Passeratium. Sic uxor dicitur socia. *O socia nostri sanguinis!* Amphitruo dixit coniugi apud Senec. in *Senec.*

Hercul. *Furc.* vers. 308. Quod patet in *Script.* *Genes.* 3. 12. *Mulier, quam dedisti mihi sociam.* Non minus in prima acceptione. *Thren.* 1. 1. *Quomodo sedet sola civitas.*

Et Theocritus 2. *Reg.* 14. 5. *Mulier vidua (sola) sum, mortuus est enim vir meus: de quo fusè egimus Tom. 1. Tautolog. 6. à num. 52.* Iam ergo patet ad textum Isaiæ. Sub metaphora femina loquitur Synagoga. *Ego sterilis & non pariens, transfigurata & captiva, ego desituta & sola.* Dissociata sum & sine viro. Desponsata erat Deo, qui vir eius dicitur, *Zachar.* 6. 12. (vide hic *Tautolog.* 2. n. 4.) Defecerat à Deo fide fluxa: unde Amos 2. 2. *Isa* (inquit Dominus) *non uxor mea, & ego non vir eius.* Et Ierem. 17. 4. *Relinqueris sola, & servire te faciam inimicis tuis.* Remanebis quasi vidua, sola sine viro, ac coniuge, qui te protegat & ab hostibus defendat. Ita queritur apud Baruch 4. 19. dum filij eius ducebantur in Babylonem captivi, dicens: *Ambulate filij, ego enim derelicta sum sola.* Ubi Sanctius in *Paraphr.* subdit: *Orbata & sola:* quasi absente, vel mortuo marito, qui auxilio sit. Unde ille in pref. loc. *Isai.* vertit pro *Sola, Vidua;* quippe vidua abdicuntur: ideoque cap. 1. 23. dicitur de iudicibus Israël: *Causa vidue non ingreditur ad illos.* Sensus ergo textus est: *Desituta à cunctis sum, quoniam sine ullius adiutorio in tot calamitatibus & præsentibus & præteritis pressuris: igitur iaceo sola, uti à Domino despecta.*

28. Restant alia testimonia. Gloriabantur discipuli, maxime Petrus, magistrum non relictos in extrema alca propter homines ulterò constitutum, etsi passuros extrema. At Assertor cum cognosceret signum nostrum, & cogitationes hominum, quoniam vana sunt; ita allocutus est eos: *Ecce venit hora, & iam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquantis: & (pro Sed) non sum solus, quia Pater mecum est.* Hic solitudo non est accipienda, quasi sine dilecto, & amoris scopo, quo sine diligens dicitur vel plurimis socijs solus. Alcmena apud Plautum in *Amphitruo.* Act. 2. scen. 2. vers. 10. ait:

Sola hic mihi nunc videor, quia ille hinc abest, Quem ego amo præter omnes.

Vide Hermann. Hugon. lib. 3. *Suspir.* 1. *Solus non est* (ait Cyprian. lib. 4. *Epist.* 6.) *cui Christus comes est. Solus non est, qui templum Dei servat, ubicunque fuerit.* Nec etiam solitudo, quatenus animus dicitur solius societas, de quo supr. num. 17. Unde Hieronym. *contra Iovinian.* inquit: *Sapiens solus nunquam esse potest: habet enim omnes secum.* Ambros. lib. de *Isaiæ* cap. 3. *Vir in quo est animi pulchritudo, ipse sibi satis est, nec solus aliquando est.* Quo sensu Scipio Africanus, ut refert Plutarch. in eius vit. dicere solebat: *Nunquam se minus otiosum esse, quam quum otiosus: nec minus solum, quam quum solus esset.* Ita Seneca in *Hippol.* vers. 523. *Teste celo vivit.* Alia Stoicè, & etiam fatuè invenies apud ipsum. *Se contentus est Sapiens ad beatè vivendum. Sapiensem nulla re indigere, & tamen multis illi rebus opus esse.* Contrà stulto nullare opus est: nulla enim re scit uti, sed omnibus eget. Amicis sapienti opus est, non ut beatè vivat: vivit etiam sine amicis beatè. Summum bonum eorum instrumenta non quarit. Ex se totum est. Incipit fortuna esse subiectum, si quam partem sui foris quarit. Qualis tamen futura est vita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodia: am coniectus, vel in aliqua gente aliena desitutus, vel in navigatione longa retentus, aut in desertum litus eiecatus? Qualis est Iovis, cum resolutio mundo, & Dijs in unum con-

Virgil.

Uxor cur dicitur sociata?

Isai. 49. 21.

Baruch 4. 19. Sana.

Ioan 16. 32. Et pro Sed.

Solus pro sine dilecto.

Plaut.

Amer am cerat.

Hieronym.

Quomodo cogitationis in comitatu.

Senec. Sapiens Stoicè dicitur.

fasis, paulisper cessante natura, acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus. Tale quidam sapiens facit. Plaudite amentem. Stolidissime aërem verberat supercilio torvo, & compta barbâ. Hæc Epist. 9. Non est, quod dicas (subdit lib. de Constant. cap. 7.) hunc sapientem nostrum nunquam inveniri. Non fingimus istud humani generis & ingenij vanum decus, neque ingentem imaginem falsa rei concipimus: sed qualem confirmamus, exhibuimus, & exhibebimus. Ipse M. Cato vereor, ne supra nostrum exemplar sit. O quam cæcus vigil! Speculatores sine fide cæci cæci sunt, & duces cæcorum.

29 Solus hic accipiendum pro sine comite, sine auxilio. Exultabunt discipuli iactabundi secuturos, & licet viderent Magistrum mortem pati, credere à Deo exisse, filium naturalem Dei. In hoc credimus quia (pro quod) à Deo existi. Quibus Iesus: Modò creditis. Si interrogacione fit, ut intendunt Caietanus, Leontius & Euthymius, amplior elucet emphasis, Q. d. Modò creditis? Fluxa fides. Modò dicitis credere? Dicitis modò; sed venit hora, & iam adest, ut dispersi me vinctum solum relinquantis, ac desitutum societate vestra: ceterum solus non ero, neque relictus à Patre, sicut modò non sum. Non solus, quia Verbum erat apud Deum. A Deo exivit: at separari à Patre, & solus esse nequibat. Quare alibi: Solus non sum; sed ego & qui misit me Pater. Circuminsessio dicitur à Theologis, qua in Patre totus filius, & totus in Verbo Pater. Missi sunt Propheta à Deo, & Deus erat in illis, & cum illis; sed per gratiam, non per naturam inseparabilem ab utraque persona, in quibus indiscreta. Quare in utroque testimonio se Deum credi intendit. Non sum solus, quia pater mecum est. Solus non sum, sed ego & qui misit me, Pater. In eadem essentia divina, utraque hypostasis distincta Patris & Filij. Unde dicit: Ego, & Pater discreti; quia ille cum Patre unum est, verum non unus; ut clarescent distinctæ personales in eadem divina essentia Patris & Filij, utriusque communi: & simul una solummodò persona Filij in naturis divina & humana, secundum quam, ut homines redimeret, missus à Patre.

Quia pro quod.

Ioan. 8. 10.

Quomodo filius in Patre, & contra.

Mysterium Trinitatis.

Marc. 15. 34

Quomodo Christus dicitur derelictus à Patre?

Gloss.

D. Thom.

Cur queritur, & non latuerit

Luc. 23. 40.

Ioan. 16. 32.

30 Nec dicas: Quare queritur in cruce, clamans: Deus meus, Deus meus, ubi quid dereliquisti me? Pessundet Calvinus blasphemiam, quasi impugnatione, imò re-collectione indigna, de qua videris Romey in Calvini effig. Non reliquit Pater, quanvis in mundum misit. Misit, sed non dimisit. Misit & demisit. Igitur in inferioribus terris descendit; sed non remisit, quanvis quod non commisit, neque rapuit, exolvit. Non misit, ut relinqueret solum. Semper cum Patre erat, siquidem nec Christo mortuo separata divinitas à corpore & anima separatis: dicitur se à Patre derelictum in cruce, quoniam Pater præcepit, quod pateretur, quasi purus homo esset. In forma Dei erat; sed exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, in qua forma se derelictum queritur: non ut personam Domini separemus, sed quoniam opera eius inter Deum & hominem, licet theandrica, divisa sunt. Non est derelictus à Patre, cui spiritum tradebat; sed quia proprio Filio suo non pepercit, & pati permisit, quasi filius naturalis non esset, & ab illo derelictus fuisset. Quare Gloss. hic: Pater subtraxit protectionem (sed non solvit unionem) quia dimittebat eum in manibus occidentium. Omni consolatione in cruciatibus diris privavit Paternigitor non est passus à portione superiore in inferiorem etiam leve solatium emanare. D. Thom. 3. part. quest. 50. art. 2. ad 1. ait ex Aug. Epist. 120. Dicit se derelictum, quantum ad illam orationem, qua dixerat: Pater, si fieri potest, transfereat à me calix iste. Vide Leonem Pap. serm. 16. de Passion. Bernard. serm. 5. de Verb. Itai. Vidi Dominum. Hæc iuxta doctrinam SS. PP. Aliqui addunt, huiusmodi vocem emisisse, ut ostenderet veram assumptam humanitatem; quippe non phantasticè crucifixus, mortuus & sepultus; uti aliqui hæretici dixerunt. Alij, Q. d. Innocens morior; cuius signum est Dei ad Deum blanda conquesio, ut sape facit Iob, & David Psalm. 21. 2. & 42. 5. quod quidem non audent iniustus. Unde bonus latro invehitur in socium dicens: Neque tu times, quod in eadem damnatione es: & Nos quidem iustus, nam digna facti recipimus: hic vero nihil mali gesit. Nos ergo & sermonem Domini præfactum, atque præsentem amplectimur. Antequam dixisset: Non sum solus, quia Pater mecum est; protulerat, vers. 28. Exivi à Patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad Patrem: in qua auctoritate lucet expositio præsentis analogiz. Missus est à Patre in mundum, qui de Patre est, uti naturalis filius, habita inventus ut homo; quo, mundo suum corpus passibile ostendit, quod de Virgine in Virgine traxit. Quapropter sicut exivit à Patre, quin veniens in mundum, Patrem relinqueret; ita modò derelictus dicitur à Patre, quin à Patre relinqueretur, nec relinque-

ret Patrem: igitur Pater cum illo erat, qui de illo erat, & in illo erat, & ille & Pater unum erant.

31 Ita iam Sole clarior alia Tautologia apud eundem Evangelistam cap. 8. ubi Servatorem N. dixisse ait Phariseis: Qui me misit, mecum est, & non reliquit me solus. Illos refutabat Christus se ab illis credi Deum: verum illi indicantes secundum carnem, Intendebat Christus se ab illis credi Deum: verum illi indicantes secundum carnem, non cognoverunt, quia Patrem etus dicebat Deum: ibid. vers. 27. Iudicium ferebant secundum corpus, quod obiectum suis oculis, animis cæcis; ut hominem purum cogitabant, imò pauperem abiectum, nihil de illo maius autumantes. Duobus testibus constare debet testimonium: & testimonium meum verum est; qui duobus testibus constar: igitur non sum solus, quia qui me misit, mecum est. Non estis modò capaces ad cognoscendum quid ego sim, & quia ego sum; igitur secundum carnem iudicatis. Cum exaltaveritis filium hominis, non solum cognoscetis, quia ego sum, quod est divinitatis; sed etiam quis sum, nimirum Filius Dei, quod est originis. Esti multa habetis de vobis dicere & iudicare; modò non iudico quemquam, sicut vos, qui secundum carnem iudicatis: verum si iudicarem ut homo, iudicium meum esset verum; quoniam non sum solus, sed Pater mecum, & ego, quæ placita sunt ei, facio semper. Non de gubernatione, aut continuatione regiminis loquitur, ut vult Caietanus, quippe non ad rem; sed de veracitate testificationis. Quare quanvis esset purus homo, optimè testificaretur: etenim sine affectione, quippe iuxta Dei voluntatem & placitum, iudicium proferret. Si Pater in servis suis testificationes dirigit; multo magis in filio, qui nec latum unguem à voluntate divina deviauit. Hinc Deo, illo, lege ac ratione testantibus, verum esset testimonium: & deinde verum, quia ille Deus cum Patre Deo.

32 Nota tamen pro exacta expositione, dici Patrem Filium non reliquisse solum, quia quæ placita Patri, faciebat semper, non casualiter, sed affectivè. Est Hyperlogia, seu Prolepsis, cuius usus frequens in Scriptura. Psalm. 16. 6. Ego clamavi, quoniam exaudisti me: id est, Exaudisti me, postquam clamavi; non clamavi, quoniam Deus exaudivit. Audient verba mea, quoniam potuerunt. Psalm. 140. 6. Hoc est, audient, apud te potuisse verba & preces meas. Quod quidem in Sacra pagina signatur per Ut, quæ particulæ non semper exprimit finem, sed eventum; ut observant Damascen. lib. 4. de Fide Orthodox. cap. 20. & Cyril. lib. 9. in Ioann. 10. Gaudete cum ea gaudio magno, qui lugetis super eam, ut iugatis, ut mulgeatis & delicijs affluatis. Ly Ut eventus est. Non iubet gaudere ut iugatis, & delicijs affluatis, sed quia delicijs affluatis, exultare debent. In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident videant, & qui vident, cæci fiant. Ioan. 9. 39. Ly Ut non est finis, sed demonstratio eventus cordium ex illius visitatione, quoniam positus erat in ruinam & resurrectionem multorum in Israël. Idem intelligendum in particulis Quia, Quoniam, Propterea & his similibus. Luc. 7. 47. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Id est, magnitudo amoris ostendit magna condonata peccata. Ioann. 12. 39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: Exceca, &c. Vaticinium non fuit causa incredulitatis, sed illorum incredulitas confirmavit, quam verum Propheta vaticinium. Sic intelliges, quod iteratim saepe in novo testamento: Ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam. Ubi non signat Ut causam finalem, sed eventus certitudinem, & prophetiz demonstrationem: idè alibi dicitur: Tunc adimpletum est, quod dictum est per Ieremiam. Pariformiter in præsentis testimonio. Non enim, quia Christus faciebat quæ placita Patris, Pater cum illo erat, non futurus nisi faceret; sed quia Pater cum illo erat, & ille in Patre; & quicquid ille agebat, agebat Pater (neque aliter facere quibat) quæ Patri placita. Ita probavit, iabbato curare placitum Patri; quia secum faciebat Pater. Pater meus usquequomodo operatur, & ego operor. Quomodo autem intelligenda est operatio solius Filij, & solius Patris per attributionem, diximus latè Tautol. 4. à num. 15. Modò in versiones Tautologia capitalis.

33 Nolite timere, nec paveatis, quia Dominus non dimittet, nec derelinquet te. Tigr. Fortes igitur esote, & gnauiter agite. Pagnin. Roborate vos, & fortificati: Deus pergit tecum, non deseret te. Perf. Ne timeatis, neque frangamini: non remittet, neque manum retrahet tibi. Maluend. Obtine & surrige: omnibus diebus vitarum tuarum non remittere faciam te. Rabb. Ionath. Ne terrore frangamini, maiestas dux erit ante vos, & non deseret vos, neque abominabitur. Ar. Montan. Non formides, neque frangamini non laxabit te. Mall. Ne sis pavidus. Isidor. Clarius: Noli frangi animo. Arab. Non per-

Ioan. 8. 29.

Quid in Cbrk. No cognosce. da post cruce. Verf.

Car Christus in testimonium ad laudat Patrem

Hyperlogia

Itai. 66. 2

Ut, Quia & alie similes particule nō semper signant: rei finem sed certitudinem, aut consequentiam.

Matth. 1. 17.

Ioan. 6. 17.

Versionis.

Appl. 37

Appl. 37

per sisset quisquam coram te, omni longitudine temporis vita tua: lumen tecum habitat, non desituet te. Septuag. Non despiciet te homo, ne ignave formider. Chald. Non deseram, neque elongabo te.

ADINATON EXEGETICUM.

- Epilog. 1 Non dimittet, neque derelinquet. Quis non deserit, si dimittit? Amor, ut eius eluceat fulgor: equidem cum magis praesens, quo absens, crevit pectoris flamma fomite absentia.
2 Dominus non dimittet, neque derelinquet te; quia Dominus. Etsi deficiat panis, persistat fides: igitur qui confidit providentiae coeli, non relinquetur vel dimissus, sine pane.
3 Non dimittet, neque derelinquet. Vera exponitur fides pectoris, ne ingratum habeatur fides: equidem cum benefactorem deserant, antequam derelinquant; duntaxat illum comitantur, ut noceant.
4 Non dimittet, neque derelinquet. Pa-

ret Dei vera amicitia, & hominis falsa: ubi maior coniunctio, maior desertio: quandoquidem expectatus amicus obstrictus gratijs, in afflicti subsidio occurrit hostis.
5 Non dimittet, neque derelinquet. Adest protectio confidentibus in Domino: tunc magis iuvantur, quam derelicti videntur: igitur dimittit in arctiora pericula, ut cedat illis ex periculis victoria.
6 Non dimittet, nec derelinquet. Relinquit Dominus animam actuali peccato: dimittit originali delicto: Virginemque Deus nec reliquit, nec dimisit; quippe nec labem originariam contraxit.

DIDASCALIA PRIMA.

Iosephi amoris momenta tam cogitatio, quam fuga:

Annulus pronubus Virginis.
Laur.
Bian inf.
Plin.
Sil. Ital.
Phil.
UT caelestis coniugij esset in terris indiculus, caelestis ex onychina vel amethysto praeparatur annulus. Hinc de pronubo Virginis-Marris, qui Perusia servatur, dicit Ioannes Baptista Laurus: Multis videtur flos erumpens e calyce iam repando: alij refert binos flores semiclusos, binosve oculos. Aptè in figura oculari exponitur cum Virgine similitudo Iosephi caelesti desponsatione: igitur si de oculis dicitur, Duo unus, unus duo, alter ipse; claret conditio in Virginis & Iosephi conditione caelesti: equidem uti in oculis, qui unum viderit, alterum ex coniugibus proculdubio cognoscet. Iam visum quod desiderabat Plinius in margaricis, quibus maior societas coeli, quam maris: Haud promptis rebus (inquit lib. 9. cap. 35.) in tantum, ut nulli duo reperiantur indisereti. Promptum est. Nulla discretio, ubi omnimoda similitudo: in Iosephi venit simillimam cognitionem, quibus cognoverit Virginem. Error erit felix anima, dum signis ratio, Geminaque notis decepta figura. Casit Sil. Italicus lib. 2. de Bel. Punie. v. 640. Natura (ait Philo libell. de Temulent.) saepe eodem usa charactere penè indiscretas similitudines expressit. Quod gra-

to errore natura, in Sponsis hifce fecit abundantissima gratia: igitur per gratiam insignem Virginis, Iosephi similes cognoscenda perfectiones. Hinc etiam flores refert annulus, quasi adaequationis specimen. Quis enim in floribus eiusdem generis vidit discrimen? Flos de radice Virginis ascendit. In Iosepho etiam virga Iesse floruit: fulsitque in utroque pretiosa similitudo: dum super utrumque Dei restituit sanctificatio.
2 Deficientne flos erumpens e calyce? Deficiet utroque virgine? Nullo modo. Annulum viduatum gemma Picinel. 15. de Mund. symb. cap. 3. num. 13. sculpsit cum lemmate: Praestantius abest. Filius est gemma coniugum, signatorum per annulum: nec praestantius abfuit, quum amor utrumque iunxit: equidem si uterque in connubio virgo, flos filius venit e caelo. Sic Deus implevit, quod promiserat. Sponsa bo te in fide, & scies quia ego Dominus. Aliae virgines non desponsantur in fide, sed in carne. Fit in fide desponsatio, quando uterque coniux virgo: praesentiaque Dei promittitur, ubi sicine matrimonium celebratur; quippe Filius de Caelo Deus homo apparuit, ne, quod praestantius, abesset. Christi generatio sic erat. Non Christi, ni-

Flos decalo, ubi uterque virgo. Picinel.

Osee. 2. 20.

Matth. 1. 28

fuisse sic: equidem si aeterna a Patre tantum sine genitrice, temporalis in virgine sine patre: addito Sponso Iosepho, ut in fide solum esset desponsatio, & coniugum excellentem similitudo: etenim de Virgine flore natus, cuius matris Iosephus erat Sponsus.

Unde felicitas Iosephus

Ovid.

Ioann. 17. 22.

Ille, & Virgo unum per amorem.

Claudian.

Matth. 1. 19 20.

Deuter. 31. 6.

Felix & nato, felix & coniuge.
3 Videor mihi videre in Sponsis, quam charitatis formam Christus optaverat in discipulis. Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Pater & Filius duo sunt, & simul unum; equidem in eadem natura, quilibet distincta persona. Unum duo; quippe duae personae in eadem consubstantialitate essentiae. Alter ipse, quoniam et si hypostasis utriusque altera, utriusque essentia individua. Claritas haec dicitur dilectio a Maldonato hic: igitur visum in Virgine ac Sponso per dilectionis gratiam, quod habent Filius & Genitor per naturam. Hinc dum Virgo videtur, Ioseph oculis exponitur: etenim etsi personae distinctae, discretae animae secundum naturae speciem, erant unum per amorem. Retorqueatur Profanus in nobile propositum, qui Panegy. Probin. & Olybr. v. 197. accinit: Talem nulla refert antiquis pagina libris, Nec Latia occidere tuba, ne Graeca vetustas: Coniuge digna Probo: nam tantum caetibus restat.
Femine, quantum supereminet ille maritos. Verum quomodo unum cor, si volat amor, cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph? Inventa est habens in utero de Spiritu-Sancto. Qualis tunc Iosephi propositio? Voluit occultè dimittere, haec autem eo cogitante. Iam avertitur ratio ab amore, eo cogitante; quippe cogitatio pignus mentis. Etiam amor defecit, ubi dilectam dimittere voluit, exprimens in iniuria volitionis, remissionem voluntatis. Quomodo cordis conformitas, si refugunt & cogitatio & voluntas? Quanam amoris flamma non sopita? Quanam cordis indissimilis forma; & fugace voluntate, & faucia cogitatione?
4 Respondet Tautologia. Nolite timere, nec paveatis: non dimittet, neque derelinquet. Quidni, si cogitat? Quoniam sic diligit, ut vel averse cogitet. Quippini, si vult dimittere sic? Non dimitte, quippe vult. Non amoris est fastidium, sed incendium: astruentibus amorem intensissimum Iosephi, per quae deficere videbatur ab amore. Percurramus singula, ut clareat flamma; & simul quod zelotypia &

absentia, amoris non sint obstacula. Zelotypia percussum pectus ardeat; & quia uritur amor similiter ardet, confictio atria ex nive & flamma: & admixta salis cogitatio ab igne refilit, quae formata fuit ab igne. Rumpitur pectus, ut ostendat cordis vulnus, ita affectum conditione, quod exulceretur medicamine. Nec flammam superant unda: sparsisque per aquor. Iam ratibus, fragmenta ferus sibi vendicat ignis.

Amor Iosephi, per quae defecit videtur ab amore.

Lucan.

Effectus Zelotypiae.

Non in Iosepho zelotypia, sed in Philanthropia.

Iuvenis

Chrysolog.

Mysterium quod videtur cogitatio, quae non excogitatur.

Iob. 31. 1.

Adinstar lauri haudquaquam silet, dum ardet: quandoquidem si percussione exaltat, illico tactum sicut cythara sonat. Mentis est alienatio, cogitantis commotio, ita valens; ut cogitans & secum extra se maneat, quin esse sui secum nequaquam indulgeat: quandoquidem per cruciamen etiam ipsam praefocet cogitationem. Iosephus mentis sic fluctat aitu? Nullo modo. Haec autem eo cogitante. Minime effectus zelotypiae, sed philanthropiae. Ex zelotypia commotio, ita ut amittatur ratio: ex philanthropia maior ignis, equidem vehementia amoris: patetque amoris flagrantissimi intensio, ubi perseverabat cogitatio. Canit Iuvenus lib. 1. Evangel. hist. a. v. 160. Interea Maria Sponso miracula mentem Sollicitant; manifesta uteri quod pondera vidit, Et secum volvit. Quid secum volvit, si videt? Quod videt, secum cogitando volvit, & magis amat, dum visa cogitat; quippe quam non cogitat dedecora, sed miracula. Non poterat accusare innocentem, nec excusare pregnantem: ait Chrysolog. Serm. 175. Quomodo frigeret amoris flamma, si fulgebat innocentia? Pregnantem non excusabat, sed non minus diligebar: & miracula anxius cogitat; haudquaquam quia non diligit, sed quia non intelligit. Cogitatio semper sequitur amorem, quippe non permittit aberrare mentem: praesentem flamma intensioris insigne, haec Iosepho cogitante; quoniam etsi praegnavit Virgo, semper haerebat ibi de innocentia cogitatio.
5 Pepigi fœdus cum oculis meis, ut me cogitarem quidem de Virgine: dicebat Iob. Aliter prudens statuit Ioseph, Eo cogitante de Virgine. Quomodo Iosephus in Virginis cogitationem incumbit, & Iobus de Virgine vel cogitationem refugit? Hic nec videre vult, quod cogitet; ille cogitat, quod videt. Aptè. Inerat magnum discrimen inter utriusque cogitationem.